

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Pro. L. Mvrena. Oratio XXIII.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)



# Pro L. Murena. Fo. CXXXIII.

vobis paruum meum filium: cui profecto satis erit presidium, non solum ad salutem, sed ad dignitatem, si eius qui haec omnia suo solus periculo conseruauerit, illum esse filium memineritis. Quapropter de summa salute uestra P. C. de uestris coniugibus, ac liberis, de aris, ac focis, de fanis, ac templis, de totius urbis tectis, ac sedibus, de Imperio, de libertate, de salute Italiae, deque uniuersa Reipublica decernite diligenter, ut institueritis, ac fortiter. Habetis enim consulem, qui & parere uestris decretis non dubitet: & ea, quae statueritis, quoad uiuet defendere, & pro se ipsum prestare possit.

## PRO L. MURENA. ORATIO, XXIII.



VAE Precatus sum a diis immortalibus Iudices more, institutoque maiorum illo die, quo auspiciato comitiis centuriatis L. Murenam Consulē renunciaui: ut ea res mihi, magistratuque meo, populo, plebique Romanae bene, atque feliciter eueniret: eadem precor ab iisdem diis immortalibus ob eiusdem hominis consulatum una cum salute obtinendum: & ut uestrae mentes, atque sententiae cum populi Romani voluntate, suffragiisque consentiant: eaque res uobis, populoque Romo, pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat. Quae si illa solennis comitiarum precatio consularibus auspiciis consecrata tantam habet in se vim, & religionem, quantum Reipublicae dignitas postulat, idem ego sum precatus, ut eis quoque hominibus, quibus hic consulatus me rogante datus esset, ea res fauste, feliciter, prospereque eueniret. Quae cum ita sint Iudices, & cum omnis deorum immortalium potestas, aut translata sit ad uos, aut certe comunicata uobiscum, idem consul eum uestrae fidei commendat, qui antea diis immortalibus commendauit, ut eiusdem hominis uoce & declaratus consul, & defensus, beneficium populi Romani cum uestra, atque omnium ciuium salute tueatur. Et quoniam in hoc officio studium meae defensionis ab accusatoribus, atque etiam ipsa susceptio causa reprehensa est, antequam pro L. Murena dicere instituo, pro me ipso pauca dicam: non quo mihi potior hoc quidem in tempore sit officium meum, quam huiusmodi salutis defensio, sed ut meo facto uobis probato, maiore auctoritate ab huius honore, fama, fortunisque omnibus inimicorum impetus propulsare possim. Et primum M. Catoni uitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissime praesidentem momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum Cato, me, & consulem, & legis ambitus latorē, & tam seuerum gesto consulatu, causam L. Murenae attingere. Cuius reprehensio me uehementer mouet, non solum ut uobis Iudices, quibus maxime debeo, uerum etiam ut ipsi Catoni, grauissimo, atque integerrimo uiro rationem facti mei probem. A quo tandem M. Cato est aequius consulē defendi, quam a Consule? quis mihi in Reipublica potest, aut debet esse coniunctior, quam is, cui Respublica a me una traditur sustinenda, magnis meis laboribus, & periculis sustentata? Quae si in his rebus repetendis, quae maxime sunt, is periculum iudicii praestare debet, qui se nexu obligauit, profecto etiam rectius in iudicio consulis designati, is potissimum consul, qui consulē declarauit, auctor beneficium populi Romani, defensorque periculi esse debeat. Ac si ut nonnullis in ciuitatibus fieri solet, patronus huic causae publice constitueret, is potissime honore affecto defensor daretur, qui eodem honore praeditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis, quam facultatis. Quae si portu soluentibus, ii qui iam in portum ex alto inuehant, praecipere summo studio solent, & tempestatum rationem, & praedonum, & locorum: quae natura affert, ut eis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur: quo tandem animo me esse oportet prope iam ex magna iactatione terram uidentem, in hunc, cui uideo maximas Reipublicae tempestates esse subeundas? Quare si est boni consulis, non solum uidere quod agatur uerum etiam providere quid futurum sit, ostendat alio loco quantum salutis communis interfit, duos Consules in Reipublica, Calpurnios esse. Quod si ita est, non tam me officium debuit ad hominis amicitia fortunae, quam resp. Consulem ad communem salutem defendendam uocare. Nam quae legem de ambitu tullii, certe ita tullii, ut eam, quam mihi metipsum in praesens tulerim de ciuium periculis defendedis, non abrogarem. Etenim si largitionem factam esse confiterer, idque recte factum esse defendere, facerem improbe etiam si alius legem tulliiisset. Cum uero nihil commissum contra legem esse defendam, quid est quod meam defensionem latius legis impediatur? Negat esse eiusdem seueritatis, Catilinam exitium Reipublicae, intra mœnia molientem, uerbis, & pene imperio urbe expulisse: & nunc pro L. Murena dicere. Ego autem has artis lenitatis & misericordiae, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter. illam uero grauitatis seueritatisque personam non appetiui, sed ab Reipublica mihi impositam sustinui, sicut huius imperii digni

Norma rationis.

Nexu obligare.

Consulis boni officium. Interfit salutis.

Legem de ambitu tullii.

Cicero.



## Oratio

tas in summo periculo civitatis postulabat. Quod si tum, cum Respublicam vim, & severitatem desiderabat, vici naturam, & tam vehementem fui, quam cogebam, non quam volebam: nunc, cum omnes me causam ad misericordiam, atque ad humanitatem vocent, quanto tandem studio debeo naturam meam, consuetudinemque servare? Ac de officio defensionis meae, ac de ratione accusationis tuae fortasse etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit. Sed me Iudices non minus hominis sapientissimi, atque ornatissimi Ser. Sulpitii conquestio, quam Catonis accusatio commovebat. qui gravissime & acerbissime ferre dixit, me familiaritatis, necessitudinisque oblitum causam L. Murenæ contra se defendere.

» Huic ego Iudices satisfacere cupio, vosque adhibere arbitros. Nam cum grave est vere accusari in amicitia, tum etiam, si falso accuseris, non est negligendum. Ego Servi Sulpitii me in petitione tua tibi omnia studia, atque officia pro nostra necessitudine & debuisse confiteor, & prestitisse arbitror. Nihil tibi consulatum petenti a me defuit, quod esset aut ab amico, aut a gratioso, aut a consule postulandum. abiit illud tempus, mutata ratio est. sic existimo, sic mihi persuadeo, me tibi contra honorem L. Murenæ quantum tu a me postulare ausus sis, tantum debuisse: contra salutem, nihil debere. Neque enim si tibi tum, cum peteres consulatum, affui, idcirco nunc, cum Murenam ipsum petas, adiutor eodem pacto esse debeo. Atque hoc non modo non laudari, sed ne concedi quidem potest, ut amicis nostris accusantibus, non etiam alienissimos defendamus. Mihi autem cum Murenæ Iudices & vetus & magna amicitia est, quae in capitis dimicatione a Ser. Sulpitio non idcirco obrueretur, quam ab eodem in honoris contentione superata est. Quae si causa non esset, tamen vel dignitas hominis, vel honoris eius, quae adeptus est, amplitudo summam mihi superbiae, crudelitatisque famam inuississet, si hominis & suis, & populi Romani ornamentis amplissimi causam tanti periculi repudiasset. Neque enim iam mihi licet, neque est integrum, ut meum laborem hominum periculis subleuandis non impertiam. Nam cum premia mihi tanta pro hac industria sunt data, quanta antea nemini, sic & si coeperis eos, cum adeptus sis, deponere, esset hominis & astuti, & ingrati. Quod si licet desinere, si te auctore possum, si nulla inertiae, nulla superbiae turpitudine, nulla inhumanitatis culpa suscipitur, ego vero libenter desino. Sin autem inertiam fuga laboris & desidii, repudiatio supplicum superbiae, amicorum neglectio improbitatem coarguit, nimirum haec causa est eiusmodi, quam nec industrius, quam nec misericors, nec officiosus deserere possit. Atque huiusce rei conjecturam de tuo ipsius studio Servi facillime ceperis. Nam si tibi necesse putas etiam aduersariis amicorum tuorum de iure consulentibus respondere: & si turpe existimas te aduocato illum ipsum, quem contra veneris, causa cadere: noli tam esse iniustus, ut cum tui fontes vel inimicis tuis pateant, nostros etiam amicis putes clausos esse oportere. Etenim si me tua familiaritas ab hac causa remouisset: & si hoc idem Q. Hortensio, M. Crasso clarissimis viris, si ita ceteris, a quibus intelligo tuam gratiam magnam aestimari, accidisset: in ea civitate consul designatus defensor non haberet, in qua nemini unquam infimo maiores nostri patronum deesse voluerunt. Ego vero Iudices ipse me existimare nefarium si amico, crudeliter si misero, superbum si consuli defuissem. Quare quod datum est amicitiae, large dabitur a me, ut tecum agam Servi non secus, ac si meus esses frater, quam mihi est charissimus. isto in loco quod tribuendum est officio, fidei, religioni, id ita moderabor, ut meminerim me contra amici studium pro amici periculo dicere. Intelligo Iudices tres totius accusationis partis fuisse, & earum unam in reprehensione vitae, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam. Atque harum trium partium prima illa, quae gravissima esse debebat, ita fuit infirma & levis, ut illos lex magis quaedam accusatoria, quam vera maledicendi facultas de vita L. Murenæ dicere aliquid coegerit. Obiecta est enim Asia, quae ab hoc non ad voluptatem, & luxuriam experita est, sed in militari labore peragrata. Qui si adolescens patre suo imperatore non meruisset, aut hostem, aut patris imperium timuisse, aut a parte repudiatus videret: aut cum sedere in equis triumphantium pretextati potissimum filii soleant, huic donis militaribus, patris triumphum decorare fugiendum fuit, ut rebus communiter gestis pene simul cum patre triumpharet. Hic vero Iudices & fuit in Asia, & viro fortissimo parenti suo magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Et si habet Asia suspicionem luxuriae quandam, non Asiam nunquam vidisse, sed in Asia continenter vixisse laudandum est. Quae ob rem non Asiensem nomen obiciendum Murenæ fuit, ex qua laus familiae, memoria generis, honos & gloria nomini constituta est: sed aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium, ac dedecus. meruisse vero stipendia in eo bello quod tum Populus Romanus non modo maximum, sed etiam solum gerebat, virtutis: patre imperatore liberrime meruisse, pietatis: sine stipendiorum patris victoriam ac triumphum fuisse, felicitatis fuit. Maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit. Saltatorem appellat L.

Defuit a me.

Gratiosus

Inuississet famam.

\*

Eloquētia

Cicero, honorifica.

Neglectio.

Causa cade

re.

Nō Asiam

nūq̄ vidisse,

sed in Asia

cōtinē.

vix. laud.

Saltator in

famis.



Pro L. Murena. Fo. CXXXV.

Murenā Cato. maledictū est, si vere obiicit, vehemētis accusatoris: sin falso, maledici cōiūtiā  
 toris. Quare cū ista sis auctoritate, nō debes Marce arripere maledictū ex triuio, aut ex scur- Arripere  
 rarū aliquo conuicio: neq; temere consulē populī Ro. saltatorē vocare, sed conspiciere quibus ex triuio:  
 preterea vitiis affectū esse necesse sit eum, cui vere istud obiici possit. Nemo em̄ fere saltat fo- Nemo ferē  
 brius, nisi forte insanit, neq; in solitudine, neq; in cōiūtiō moderato atq; honesto. Intēptiui saltat sobri  
 cōiūtiū, amceni loci, multarū deliciarū comes est extrema, saltatio. Tu mihi arripis id, qd̄ ne us.  
 cesse est om̄ vitiōrū esse postremū. relinqs illa, quibus remotis hoc vitiū omnino esse nō po- Saltatio,  
 test. nullū turpe conuiciū, non amor, nō comessatio, non libido, nō sumptus, ostendit: & cum  
 ea non reperiant, quæ voluptatis nomen habēt, q̄q; vitiosa sunt: in quo ipsam luxuriam repe  
 rire nō potes, in eo te vmbra luxurię reperturū putas: Nihil igit̄ in vitā L. Murenæ dici po  
 test: nihil in quā om̄ino Iudices. sic a me consul designatus defendit, vt eius nulla fraus, nulla  
 avaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullū petulans dictū in vita proferatur. Bene habet. Bñ habet.  
 iacta sunt fundamenta defensionis. nōdū em̄ nostris laudibus, quibus vtar postea, sed prope  
 inimicorum confessione, virum bonum, atq; integrum hominem defendimus. Quo constitu  
 to, faciliōr est mihi aditus ad contentionem dignitatis, quæ pars altera fuit accusationis.  
 Summā video esse in te Serui Sulpiti dignitatē generis, integritatis, industriæ, cæterorūq;  
 ornamentorū oīm. quibus frētū ad consulatus petitionē aggredi par est. paria cognosco esse  
 ista in L. Murena, atq; ita paria, vt neq; ipse dignitate vinci potuerit, neq; te dignitate supera  
 rit. Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuū. Quo loco, si tibi hoc sumis, nisi q; patricius  
 sit, neminem bono esse genere natū, facis vt rursus plebs in Auentinū seuocanda esse videā  
 tur. Sin autem sunt ample, & honeste familiæ plebeie, & proauus L. Murenæ, & auus Præto  
 res fuerunt: & pater cū amplissime, atq; honestissime ex Prætura triūphasset, hoc faciliorem  
 huic gradū consulatus adipiscēdi reliquit, q; is iā patri debitus, a filio petebat. Tua vero no  
 bilitas Serui Sulpiti, tamen summa est, tamen hoībus literatis, & historicis est notior, popu  
 lo vero & suffragatoribus obscurior. Pater em̄ fuit equestri loco, auus nulla illustri laude ce  
 lebratus, itaq; nō ex sermone hominū recēti, sed ex annaliū vetustate eruēda est memoria no  
 bilitatis tuæ. Quare ego te semp in nostrū numerū aggregare soleo, q; virtute industriaq; p  
 fecisti, vt cum Eqtis Ro. esses filius, summa tamē amplitudine dignus putarere. nec mihi vnq;  
 minus in Q. Pōpeio nouo hoīe, & fortissimo viro virtutis esse visum est, q̄ in hoīe nobilissi  
 mo M. Aemilio. Etem̄ eiusdē animi atq; ingenii est, posteris suis, qd̄ Pōpeius fecit, amplitudi  
 nem nominis, quā non acceperit, tradere: & vt Scaurus, memoriā ppe intermortuam generis  
 sui, virtute renouare. Qz̄ ego iam putabā Iudices multis viris fortibus, ne ignobilitas obi  
 cere generis, meo labore esse perfectū: q; nō modo Curiis, Catonibus, Pōpeis antiqs illis for  
 tissimis viris, nouis hominibus, sed his recentibus Mariis, & Didis, & Celiis cōmemorandis  
 iacebāt. Cū ego vero tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregissem, vt aditus ad cōsu  
 latū posthac, sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati q̄ virtuti pateret: non ar  
 bitrabar, cū ex familia vetere, & illustri Consul designatus ab Eqtis Ro. filio Consule defende  
 retur, de generis nouitate accusatores esse dicturos. Etem̄ mihi ipsi accidit, vt cum duobus  
 Patriciis, altero improbissimo, atq; audacissimo, altero modestissimo atq; optimo viro pete  
 rē. superauī tamē dignitate Catilinā, gratia Galbā. q; si id crimen hominī nouo esse deberet,  
 profecto mihi neq; inimici, neq; inuidi defuisent. Omittamus igit̄ de genere dicere, cuius est  
 magna in vtroq; dignitas. videamus cetera. Quæsturā vna perit, & sum ego factus prior. Nō  
 est respondendū ad oīa. Neq; em̄ quēq; vestrū fugit, cū multi pares dignitate fiant, vnus autē  
 primū solus possit obtinere, non eundē esse ordinē dignitatis, & renūciationis. propterea, q;  
 renūciatio gradus habeat: dignitas autē sit persepe eadē omnium. Sed Quæstura vtriusq; pro  
 pmodū pari momēto sortis fuit. habuit hic lege Titia prouinciā tacitā, & quietā. tu illam,  
 cui cū Quæstores sortiunt, etiam acclamari solet, Hostiensem, non tam gratiosam, & illustrē,  
 q̄ negotiosam, & molestā. confedit vtriusq; nomen in Quæstura, nullū em̄ vobis fors campū  
 dedit, in quo excurrere virtus cognosciq; possit. Reliqui temporis spatiū in contētionem vo  
 catur. ab vtroq; dissimillima ratione tractatū est. Seruius hic nobiscū hanc vrbā militiam  
 respondēdi, scribēdi, cauēdi, plenā sollicitudinīs, ac stomachi secutus est: ius ciuile didicit,  
 multū vigilauit, laborauit, præsto multis fuit, multorū stultitiā peressus est, arrogantiam p  
 tulit, difficultatem exorbuit, vixit ad aliorū arbitriū, nō ad suū. magna laus, & grata hominī  
 bus, vnū hominē elaborare in ea scientia, quę sit multis profutura. Quid Murena interea: for

Arripere  
ex triuio:  
Nemo ferē  
saltat sobri  
us.

Bñ habet.

Ser. Sulpi  
tii nobilitas.

Memoria  
intermor  
tua.

Dignitas.  
Renuncia  
tio.

Militia Vr  
bana.  
Exorbuit.



## Oratio

rissimo & sapientissimo viro summo Imperatori legatus L. Lucullo fuit. qua in legatione duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit, magnas copias hostium fudit: vrbes partim vi, partim obsidione cepit: Asia ista referta & eandem delicatam sic obiit, ut in ea neque auaritie, neque luxurie vestigium reliquerit: maximo in bello sic est versatus, ut hic multas res & magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator. Atque hec, quae praesente L. Lucullo loquar, tamen ne ab ipso propter periculum nostrum concessam videamur habere licentiam fingendi, publicis literis testata sunt omnia: quibus L. Lucullus tantum laudis impertit, quantum neque ambiciosus imperator, neque inuidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit. Summa in utroque est honestas, summa dignitas. quae ego, si mihi per Seruum liceat, pari, atque in eadem laude ponam. sed non licet, agitat rem militarem, insectat totam hanc legationem: assiduitatis, & operarum harum quotidianarum putat esse consuetudinem: apud exercitum mihi fueris inquit, tot annos forum non attigeris, abfueris tantum, ut cum longo intervallo veneris, cum iis qui in foro habitauerunt, de dignitate contendas: Primum ista assiduitas Serui nescis quantum interdum afferat hominibus fastidium, quantum satietatis, mihi quidem vehementer expedit, positam in oculis esse gratiam, sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superavi, & tu idem fortasse, veritatem utriusque nostrum desiderium nihil obfuisse. Sed ut hoc omisso ad studiorum, atque artium contentione reuertamur: qui potest dubitare, quoniam ad consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis res militaris, quam iuris civilis gloria: vigilas tu de nocte, ut tuis consulti- bus respondeas: ille, ut eo quo intendit, mature cum exercitu pueniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caues ne tui consulti- res vrbes, aut castra capiant. Ille tenet, & scit ut hostium copiam, tu ut aquae pluuiae arceant, ille exercitatus est in praeparandis finibus, tu in regendis. Ac nimirum, dicendum est eum quod sentio, rei militaris virtus praestat ceteris omnibus. Hec nomen populo Romano. haec huic urbi aeterna gloria peperit: haec orbem terrarum parere huic imperio coegit. omnes urbanae res, omnia haec nostra praecleara studia, & haec forensis laus, & industria, latent in tutela, ac praesidio bellicae virtutis. simulatque increpuit suspitio tumultus, artes illico nostrae concitescunt. Et quoniam mihi videris istam scientiam iuris, tanquam filiolam osculari tuam, non patiar te in tanto errore versari, ut istud nescio quid, quod tanto opere didicisti, praecclarum aliquid esse arbitrere. Aliis ego te virtutibus, continentiae, grauitatis, iustitiae, fidei, ceteris omnibus, consulatu & omni honore semper dignissimum iudicavi. quod quidem ius civile didicisti: non dicam, operam praedidisti, sed illud dicam, nullam esse in illa disciplina munitam ad consulatum viam. omnes enim artes quae nobis populi Romani studia conciliant, & admirabilem dignitatem, & praegratam utilitatem debent habere. Summa dignitas est in iis, qui militari laude antecellunt. omnia enim quae sunt in imperio, & in statu ciuitatis, ab iis defendi, & firmari putantur. Summa etiam utilitas, siquidem eorum consilio, & periculo, cum Reipublicam etiam nostris rebus praeserui possumus. Grauis etiam illa est, & plena dignitatis dicendi facultas, quae sepe valuit in consule deligendo, posse consilio, atque oratione, & senatus, & populi, & eorum quae res iudicant, mentes praemouere. Querit consul, quae dicendo nonnunquam comprimat tribunum furores, quae concitatum populum flectat, quae largitioni resistat. Non mirum si ob hanc facultatem homines saepe etiam non nobiles consulatum consecuti sunt: praesertim cum haec eadem res plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat. Quorum in isto vestro artificio Sulpitii nihil est. primum dignitas in tanta tenui scientia quae potest esse: res enim sunt paruae, prope in singulis literis atque in interpunctionibus verborum occupatae. Deinde etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto iure admirationis, id enunciatis vestris mysteriis totum est contemptum, & abiectum. Posset agi lege nec ne, pauci quondam sciebant. Fastos enim vulgo non habebant. erant in magna potentia qui consulebantur. a quibus etiam dies tanquam a Chaldeis petebantur. Inuentus est Scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos Fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis iurisconsultis eorum sapientiam concipiarit. Itaque irati illi, quae sunt veriti, ne dierum ratione peruulgata, & cognita, sine sua opera lege posset agi, notas quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. cum hoc fieri bellissime posset: fundus Sabinus meus est: immo meus: deinde iudicium: noluerunt. fundus inquit qui est in agro, quae Sabinus vocatur. satis verbose. cedo quid postea: eum ego ex iure meum esse aio, quid tum inde: ibi ego te ex iure manu confertum voco. quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur, non habebat. Transit idem iurisconsultus tibicinis latini modo. Unde tu me, inquit, ex iure manu confertum vocasti: inde ibi ego te reuoco. Praetor interea, ne pulchrum se ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cum ceteris rebus absurdum, tum vero nullo vsui, utriusque superstitionibus praesentibus: istam

Vigilas de nocte.

Rei militaris virtus.

In iuris peritos.

Operam praedare.

Interpunctiones.

Fastorum praemulgatio.

Cn. Flavius.

Cornicum oculos confingere.

Lege agi.

Ex iure manu confertum.

Tibicinem latinum.



viā dico. inite viā. presto aderat sapiēs ille, q̄ inire viā doceret. redite viā. eodē duce redibant. Hac iam tū apud illos barbatos ridicula credo videbantur: hoīes cū recte atq; in loco cōstitissent, iuberi abire, vt vnde abissent, eodē statim redirēt. hīsdē ineptiis fucata sunt illa omnia, Quādo te in iure cōspicio. & hęc, sed an ne tu dicis, q̄ causa vindicaueris! Quę dū erāt occulta, necessario ab eis, q̄ ea tenebāt, petebant. postea vero puulgata, atq; in manib⁹ iactata, & excussa, inanissima prudētię reperta sunt: fraudis autē & stultitię plenissima. Nā cū per multa preclare legibus essent cōstituta, ea iurecōsultorū ingenis pleraq; corrupta, ac deprauata sunt. Mulieres omnis ppter infirmitatē consilii maiores in tutorū potestate esse voluerunt. hī inuenerunt genera tutorū, quę potestate mulierū continerēt. Sacra interire illi noluerūt. horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorū sacrorum causa reperti sunt. In omni dōniq; iure ciuili egratē reliquerunt, verba ipsa tenuerūt. vt quia in alicuius libris exempli causa id nomē inuenerāt, putarunt oēs mulieres quę coemptionē facerēt, Caias vocari. Iā Caias illud mihi qdem mirū videri solet, tot hoīes, tā ingeniosos, p tot annos etiā nunc statuere nō potuisse, vtrū diē tertiu, an perendinū: iudicē, an arbitru: rē, an litē dici oporteret. Itaq; (vt di Peredinus xi) dignitas in ista scientia consularis nunq̄ fuit, quę tota ex rebus fictis, cōmentitiisq; cōstaret. Gratię vero multo etiā minus. Qd̄ em̄ om̄ibus patet, & eque promptū est mihi & aduersario meo, id esse gratum nullo pacto potest. itaq; nō modo beneficii collocandi spem, sed etiā illud, qd̄ aliquando fuit, licet consulere, iā pdidistis. Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quę neq; extra Romā vsq;, neq; Romę rebus prolati quicq; valet. Peritus ideo haberi nemo potest, q̄ in eo qd̄ sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare. Difficilis autē res ideo non putat, q̄ & per paucis & minime obscuris literis cōtinet. Itaq; si mihi homini vehementer occupato stomachū moueritis, triduo me iurisconsultū esse profitebor. Etem̄ quę de scripto aguntur, scripta sunt omnia, neq; tamen quicq; tā anguste scriptū est, quo ego non possim, quę de re agitur, addere. Quę consulunt autē, minimo periculo respondentur. si id qd̄ se pfitetur oportet, responderis: idē videre respondisse qd̄ Seruius. Sin aliter, etiam controuersum ius Cicero. \* Cōtrouersum ius. ad honorē antecellet. Itaq; mihi vident pleriq; initio multo hoc maluisse, post, cū id asseq nō potuissent, istuc potissimū sunt delapsi, vt aiūt in Gręcis artificibus, eos Aulædos esse, qui citharædi fieri non potuerint. sic nōnullos videmus, q̄ oratores euadere non potuerūt, eos ad citharædi iuris studiū deuenire. Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa etiā gratia. Etenim a vobis salubritas quædam, ab iis q̄ dicunt salus ipsa petitur. deinde vestra responsa atq; decreta & euertunt sepe dicēdo, & sine defensione oratoris firma esse nō possunt. in qua si fati profecissem, parcius de eius laude dicerē. nunc nihil de me dico, sed de his q̄ in dicendo magni sunt, aut fuerunt. Duæ sunt artes, quę possunt locare hoīes in amplissimo gradu dignitatis. vna imperatoris, altera oratoris boni. Ab hoc em̄ pacis ornamenta retinent: ab illo belli pericula repelluntur. Ceterę tñ virtutes ipsę per se multū valent: iustitia, fides, pudor, rēperātia, q̄bus te Serui excellere oēs intelligūt. sed nūc de studiis ad honorē dispositis, nō de insita cuiusq; virtute disputo. Oīa ista nobis studia de manib⁹ excutiūt, simulatq; aliqs mot⁹ nouus bellicū canere cœpit. Etem̄ vt ait ingeniosus poeta, & auctor valde bonus, plīs pmulgatis TOLLITVR E MEDIO non solū ista vestra verbosa simulatio prudētię, sed etiā ipsa illa dña rerū SAPIENTIA: VI GERITVR RES. SPERNITVR ORATOR nō solū odio sus in dicendo, ac loquax, verū etiā BONVS: HORRIDVS MILES AMATVR. Vestrū vero studium totum iacet. NON EX IVRE MANV CONSERTVM: SED FERRO inquit REM REPETVNT. Qd̄ si ita est, cedat opinor Sulpiti forū castris, otiu militiæ, stylus gladio, vmbra soli: sit deniq; in ciuitate ea prima res, propter quā ipsa est ciuitas omniū princeps. Verum hæc Cato nimium nos nostris verbis magna facere demōstrat, & oblitos esse bellum illud om̄e Mithridaticum cū mulierculis esse gestū. Qd̄ ego longe secus existimo Iu dices, deq; eo pauca disseram. neq; em̄ causa in hoc continet. Nā si omnia bella, quę cū Gręcis gessimus, cōtemnenda sunt: derideatur de rege Pyrrho triumphus M. Curii, de Philippo T. Flamini, de Aetolis M. Fuluii, de rege Perse L. Pauli, de Pseudophilippo Q. Metelli, de Corinthiis L. Mummi. sin hæc bella grauissima, victorięq; eorū bellorum gratissime fuerūt, cur Asiaticę nationes, atq; ille a te hostis contemnitur! Atqui ex veterū rerum monumentis, vel maximū bellū populū Romanū cum Antiocho gessisse video: cuius belli victor L. Scipio, si

Iā Caias

Peredinus dies.

Licet cōsulere.

Triduo iurisconsultū se pfitetur Cicero. \* Cōtrouersum ius.

Aulædi, q̄ citharædi esse nō possunt.

Artes duæ gloriā pariunt.

Ennius.



qua parta cū Publio fratre gloria, quā laudē ille Aphrica oppressa cognomine ipso pre se fe-  
 rebat, eandē hic sibi ex Asiē nomine assumpsit. Quo qdem in bello virtus enituit egregia M.  
 Catonis proavi tui, quo ille, cū esset vt ego mihi statuo, talis, qualē te esse video, nunq̄ cū Sci-  
 pione esset pfectus, si cū mulierculis bellādū arbitraret. Neq̄ vero cū P. Aphricano senatus  
 egisset, vt legatus fratri pfcisceret, cum ipse pauloante Annibale ex Italia expulso, ex Aphri-  
 ca eiecto, Carthagine oppressa, maximis periculis Rēp. liberauisset, nisi illud graue bellum &  
 Mithrida- =  
 tis potētia, =  
 vehemens putaret. Atq̄ si diligenter qd Mithridates potuerit, & qd effecerit, & q̄ vir fuerit,  
 consideraris, omnibus regibus, cum qbus Populus Ro. bellum gessit, hunc regē nimirū ante-  
 pones, quē L. Sylla maximo & fortissimo exercitu pugna excitatū, nō rudis imperator, vt ali-  
 ud nihil dicā, cū bellū inuectū totā in Asiam, cū pace dimisit, quem L. Murena pater huiusce  
 Rex sibi aliquot annis sumptis ad confirmādas rationes, & copias belli, tantū ipse opibus, co-  
 natuq̄ valuit, vt se Oceanū cū Ponto, Sertorii copias cū suis coniūcturū putaret. Ad qd bel-  
 lum duobus consulibus ita missis, vt alter Mithridatē persequeret, alter Bithyniam tueret:  
 alterius res & terra, & mari calamitose, vehemēter & opes regis, & nomē auxerunt, L. Luculli  
 vero res tantæ extiterunt, vt neq̄ maius bellum cōmemorari possit, neq̄ maiore consilio, &  
 virtute gestum. Nam cū totius impetus belli ad Cyzicenorū moenia cōstitisset: eamq̄ urbem  
 sibi Mithridates Asiē ianuā fore putauisset, qua effracta & reuulsa tota pateret puincia: pfe-  
 cta ab Lucullo hęc sunt omnia, vt vrbs fidelissimorū sociorū defenderet, vt omnes copie regis  
 diuturnitate obsidionis consumerent. Quid illā pugnam naualem ad Tenedū, cum cōtento  
 cursu, acerrimis ducibus, hostiū classis Italiam spe atq̄ animis inflata peteret, mediocri certa-  
 mine, & parua dimicatione cōmissam arbitraris! Mitto prelia, pretereo oppugnationes oppi-  
 dorū: expulsus regno tandē aliquando tātum tamen consilio atq̄ auctoritate valuit, vt se re-  
 ge Armeniorū adiuncto nouis opibus copiisq̄ renouarit. Ac si mihi nūc de rebus gestis esset  
 nostri exercitus, imperatorisq̄ dicendū, plurima & maxima plia cōmemorare possem: sed non  
 id agimus, hoc dico: si bellū hoc, si hic hostis, si ille Rex contemnendus fuisset, neq̄ tāta cura  
 senatus, & populus Ro. suscipiendum putasset, neq̄ tot annos gessisset, neq̄ tāta gloria L. Lu-  
 culli, neq̄ vero eius belli conficiendū curā tāto studio Populus Ro. ad Cn. Pōpeium detulisset:  
 cuius ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videt illa, quæ cū  
 rege cōmissa est, & summa cōtentione pugnata. Qua ex pugna cū se ille eripuisset, & Bospho-  
 rū confugisset, quo exercitus adire non posset: etiā in extrema fortuna, & fuga nomē tamē re-  
 tinuit regium. Itaq̄ ipse Pompeius regno possesso, ex oibus oris ac notis sedibus hoste pul-  
 so, tamen tantū in vnus anima posuit: vt cū ille omnia, quæ tenuerat, adierat, sperarat, victo-  
 ria possideret: tamē nō anteq̄ illū vita expulit, bellū confectū iudicari. Hūc tu hostē Cato cō-  
 temnis! quocū per tot annos, tot preliis, tot imperatores bella gesserunt: cuius expulsi & eie-  
 cti vita tāta aestimata est, vt morte eius nunciata, deniq̄ bellū confectum arbitraret. Hoc igit̄  
 in bello L. Murenæ legatum fortissimi animi, summi cōsiliū, maximi laboris cognitum esse  
 defendimus: & hanc eius operam nō minus ad consulatū adipiscendū, q̄ hanc nostrā forēsem  
 industriā dignitatis habuisse. At em̄ in prætura petitione prior renunciatus est Seruius. Per-  
 gitis ne vos, tanq̄ ex syngrapha agere cū populo! vt quē locū semel honoris cuipiā dederit,  
 eundē reliqs honoribus debeat! Qd̄ enim fretum, quem Euripum, tot motus, tātas, tā varias  
 habere putatis agitationes fluctuū, quātas perturbatiōes, & quantos astus habet ratio comi-  
 tiorum! Dies intermissus, aut nox interposita sepe perturbat omnia, & totā opinionē parua  
 nōnunq̄ cōmutat aura rumoris. Sepe etiā sine vlla aperta causa sit aliud, atq̄ existimam⁹, vt  
 nōnunq̄ ita factū esse etiā populus admiret, quasi vero nō ipse fecerit. Nihil est inortius vul-  
 go, nihil obscurius voluntate hominū, nihil fallacius ratione tota comitiorū. Quis L. Philip-  
 pum summo ingenio, opera, gratia, nobilitate, a M. Herennio superari posse arbitrat⁹ est! Quis  
 Q. Catulum humanitate, sapientia, integritate antecellentem, a Cn. Manlio! Quis M. Scaurū  
 hominem grauissimū, cuiē egregium, fortissimum senatorem, a Q. Maximo! nō modo horū  
 nihil ita fore putatū est, sed ne cum esset factum qdē, quare ita factum esset, intelligi potuit.  
 Similitu. Nam vt tempestates saepe certo aliquo celi signo cōmouent, saepe improuiso nulla ex certa ra-  
 tione, obscura aliqua ex causa concitant: sic in hac comitiorum tempestate populari saepe in-  
 telligas, quo signo cōmota sit: saepe ita obscura est, vt casu excitata esse videat. Sed tamen si  
 est reddenda ratio, duę res vehementer in Prætura desideratæ sunt, quæ ambæ in consulatu

Mithrida-  
tis potētia,

Cyzicus A  
siē ianuā.  
Omnia, de  
duobus.

Ex syngra-  
pha agere,  
Comitiorū  
astus.

Incertum  
vulgus.

Similitu.

...m Murena profectum...  
 ...sily copiam...  
 ...ratis...  
 ...referant...  
 ...muni...  
 ...adimittit...  
 ...gratia...  
 ...to habet...  
 ...deignat...  
 ...epimus...  
 ...is...  
 ...tis religio...  
 ...fimo...  
 ...gationi...  
 ...re...  
 ...pere...  
 ...comitia...  
 ...apud...  
 ...in ipsa...  
 ...cinat...  
 ...firi...  
 ...omniū...  
 ...tus...  
 ...qd̄ ego...  
 ...lodos...  
 ...illā...  
 ...is opera...  
 ...dos...  
 ...a fuit...  
 ...to negotiū...  
 ...ritat...  
 ...pta puincia...  
 ...luditur...  
 ...oris...  
 ...nem...  
 ...prop...  
 ...min...  
 ...ipso...  
 ...optima...  
 ...liberalitatem...  
 ...aurem...  
 ...q̄ perfect...  
 ...ullorum...  
 ...poniam...  
 ...prouinciam...  
 ...necessarius...  
 ...lū re...  
 ...pate...  
 ...se senatorem...  
 ...us tu...  
 ...re...  
 ...rem...  
 ...vt bonitatem...  
 ...vehementer...



**Pro L. Murena. Fo. CXXXVII.**

rum Murenę profuerunt. Vna, expectatio muneris, q̄ & rumore nōnullo, & studiis sermonibusq̄ cōpetitorū creuerat. altera, q̄ ii, quos in puincia, ac legatione oīs & liberalitatis & virtutis suę testis habuerat, nondū decesserant. Horū vtrūq̄ ei fortuna ad cōsulatus petitionē reseruauit. nā & L. Luculli exercit⁹, q̄ ad triūphū cōuenerat, idē comes L. Murenę p̄sto fuit, & munus amplissimū, qđ petitio Pręture desiderabat, p̄tura restituit. nū tibi hęc parua vident̄ ad iumēta, & subsidia cōsulatus: volūtas militū: q̄ cū p se valet multitudine, tum apud suos gratia. tum vero in consule declarando multū etiam apud vniuersum populū Ro. auctoritatis habet suffragatio militaris. imperatores em̄ comitiis cōsularibus, nō verborū interpretes deligunt. quare grauis est illa oratio, me sauciū recreauit, me p̄da donauit, hoc duce castra cepimus, signa cōtulimus: nunq̄ iste plus militi laboris imposuit, q̄ sibi sumpsit: ipse cū fortis, tū etiā felix. hoc quātū putas esse ad famā hominū ac voluntatē: etem̄ si tanta illis comitiis religio est, vt adhuc semper omen valuerit pręrogatiū, quid mirū est, in hoc felicitatis famā sermonēq̄ valuisse! Sed si hęc leuiora ducis, quę sunt grauissima, & hanc vrbana suffragationē militari anteponis, nolī ludorū huius elegantia, & scenę magnificentia valde cōtēnere, quę huic admodū profuerunt. Nā quid ego dicā populū, ac vulgus īperitoꝝ ludis magno pere delectari: minus est mirandū. q̄ huic causę id satis est: sunt em̄ populū, ac multitudinis comitia, quare si populo ludorū magnificentia voluptati est, non est mirandū eam L. Murenę apud populū profuisse. Sed si nosmetipsi, qui & ab delectatione omni negotiis impedimur, & in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus, ludis tñ oblectamur, & ducimur, quid tu admirere de multitudine indocta! L. Orho vir fortis, meus necessarius, Equestri ordini restituit nō solū dignitatē, sed etiā voluptatē. itaq̄ lex hęc, q̄ ad ludos p̄tinet, est omnium gratissima: q̄ honestissimo ordini cū splēdore, fructus quoq̄ iucunditatis est restitutus, quare delectant hoīes mihi crede ludī, etiā illos q̄ dissimulant, nō solum eos, qui fatētur: qđ ego in mea petitione sensi. nam nos quoq̄ habuim⁹ scenā cōpetitricē. Q̄ si ego, qui trinos ludos adilis fecerā, tamen Antonii ludis cōmouebam, tibi q̄ casu nullos feceras, nihil huius istā ipsam quā irrides argētea scenā aduersatā putas! Sed hęc sane sint paria oīa. sit par forē sis opera \* militari suffragatio vrbana: sit idē, magnificentissimos & nullos vnq̄ fecisse ludos, quid! in ipsa Prętura nihil ne existimas inter tuam, & istius sorte interfuisse: huius fors ea fuit, quā oēs tui necessarii tibi optabamus, iuris dicundi: in qua gloriā cōciliat magnitudo negotii, gratiā æquitatis largitio. qua in sorte sapiens Prętor, qualis hic fuit, offensionem vitat æqualitate decernēdi, benevolentia adiungit lenitate audiēdi. egregia & ad consulatū apta puincia, in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremū ludorū voluptate cōcluditur. quid tua fors: tristis, atrox, quæstio peculatus: ex altera parte lachrymarū, & squalloris: ex altera plena catenarum, atq̄ indicum. cogendi iudices, inuiti retinendi cōtra voluntatem, scriba damnatus, ordo totus alienus. Syllana gratificatio reprehēsa: multi viri fortes, & prope pars ciuitatis offensa est, lites seuerē æstimatę, cui placet, obliuiscitur: cui dolet, meminī. postremo tu in prouinciā ire noluisti, non possum id in te reprehendere, quod in me ipso & Prętor, & consul probaui. sed tamen L. Murenę prouincia multas bonas gratias cū optima existimatione attulit. habuit proficiscens delectū in Vmbria, dedit ei facultatē Resp. liberalitatis: qua vsus, multas sibi tribus, quæ municipiis Vmbrię conficiunt, adiunxit. ipse autem in Gallia, vt nostri homines desperatas iam pecunias exigerent, æquitate diligentia q̄ perfecit. Tu interea Romę scilicet amicis pręsto fuisti. fateor. sed tamen illud cogita, nonnullorum amicorum studia minui solere in eos, a quibus prouincias contemni intelligāt. Et quoniam ostendi iudices parem dignitatem ad consulatus petitionem, disparem fortunam prouinciarum negotiorū in Murena, atq̄ in Sulpitio fuisse: dicam iam apertius in quo me⁹ necessarius fuerit inferior Seruius, & ea dicam vobis audientibus amisso iam tempore, q̄ ipsi soli re integra sape dixi. Petere cōsulatum nescire te Serui persepe dixi: & in his reb⁹ ipsis, quas te magno, & forti animo, & agere, & dicere videbā, tibi solitus sum dicere, magis te fortē senatorem mihi videri, q̄ sapientem candidatum. Primū accusandi terrores & minę, quibus tu quotidie vti solebas, sunt fortis viri: sed & populū opinionem a spe adipiscendī auertunt, & amicorum studia debilitant. nescio quo pacto semper hoc fit: neq̄ in vno aut altero animaduersum est, sed iam in pluribus: simulatq̄ candidatus accusationē meditari visus est, vt honorem desperasse videatur. Quid ergo: acceptam iniuriam persequi non placet! immo vehementer placet. sed aliud tēpus est petēdi, aliud p̄sequēdi. petitorē ego, p̄sertim cōsulat⁹,

da anstia  
tict

Militaris  
suffragatio  
ibnald  
difficilis  
Omen prę  
rogatiū.

de anstia  
rom

Prope pars  
ciuitatis,

Quid ma  
gistratum  
petēti ob  
sit.



## Oratio

magna spe, magno animo, magnis copiis, & in forū, & in campū deduci volo. nō placet mihi inquisitio cādidatī pñcia repulſe: nō testiū poti⁹, q̄ suffragatorū cōparatio: nō min⁹ magis, q̄ blanditię: nō declamatio potius, q̄ persalutatio. præsertim cū iā hoc nouo more omnes fere domos omniū concurrerent, & ex vultu candidatorū cōiecturā faciant, quātū quisq; animi, & facultatis habere videatur. vides ne tu illum tristem, demissum: iacet, diffidit, abiecit hastas, serpit hic rumor. Scis tu illū accusationē cogitare: inquirere in cōpetitores: testes quære re: alium faciā, quoniam sibi hic ipse desperat. Eiusmodi cādidatorū, amici intimi debilitantur, studia deponunt, aut testatā rē abiiciunt, aut suā operā, & gratiā iudicio, & accusationi referunt. Accedit eodē, vt etiā ipse cādidatus totū animū atq; omnem curā, operam, diligentiā q; suā in petitione nō possit ponere, adiungit em̄ accusationis cogitatio, nō parua res, sed nimirū omniū maxima. magnū est enim, te cōparare ea, quibus possis hominē e ciuitate, præsertim nō inopem, neq; infirmū exturbare: qui & p se, & p suos, & vero etiā p alienos defendat. omnes em̄ ad pericula ppulsanda cōcurrimus: & qui nō aperte inimici sumus, etiā alienissimis in capitis periculis amicissimorū officia, & studia prestamus. Quare ego expert⁹, & petēdi, & defendēdi, & accusandī molestiā, sic intellexi: in petēdo studiū esse acerrimū, in defendēdo officiū, in accusando laborē. Itaq; sic statuo, fieri nullo modo posse, vt idē accusationē, & petitionem cōsulatus diligēter adornet, atq; instruat. vnū sustinere pauci possunt, vtrūq; nemo. tu, cū te de curriculo petitionis deflexisses, animūq; ad accusandū transtulisses, existimasti te vtrūq; negotio satisfacere posse: vehementer errasti, quis enim dies fuit, postea q̄ in istā accusandī denūciationē ingressus es, quem tu nō totum in ista ratione cōsumperis: Legem ambitus flagitasti, quæ tibi non deerat, erat enim seuerissime scripta Calphurnia. gestus est mos, & volūtati, & dignitati tuę, sed tota illa lex accusationē tuā, si haberes nocētē reum, fortasse armasset: petitioni vero, refragata est, poena grauior in plebē tua voce efflagitata est, cōmoti animi tenuiorū, exiliū in nostrū ordinē, cōcessit senatus postulationi tuę, sed non libenter duriorē fortunę cōmuni conditionē te auctore cōstituit. morbi excusationi poena addita est, volūtas offensa multorū, quibus aut cōtra valetudinis cōmodū laborandū est, aut incommodo morbi etiā ceteri vitæ fructus relinquendī, quid ergo? hæc quis tulit: is qui auctoritati senatus, volūtati tuę paruit, deniq; is tulit, cui minime proderant. Illa quę mea summa volūrate senatus frequens repudiauit, mediocriter aduersata tibi esse existimas: cōfusionē suffragiorū flagitasti, prorogationem legis Manilię, æquationem gratię, dignitatis, suffragiorū, grauius hoies honesti, atq; in suis ciuitatib⁹, & municipiis gratiosi tulerūt, a tali viro eē pugnātū, vt oēs & dignitatis, & gratię gradus tollerent. Idem ædititios iudices esse voluisti, vt odia occulta ciuiū, quæ tacitis nūc discordiis continentur, in fortunas optimi cuiusq; erum perēt. hæc omnia tibi accusandī viā muniebant, adipiscendī obsepiebāt. Atq; ex omib⁹ illa plaga est iniecta petitioni tuę non tacente me maxima, de qua ab hoīe ingeniosissimo & copiosissimo Hortensio multa grauisime dicta sunt, quo etiā mihi durior locus est dicendī dat⁹, vt cū ante me & ille dixisset, & vir summa dignitate & diligētia & facultate dicendī M. Crassus, ego in extremo non partem aliquā agerem causę, sed de tota re dicerē, qd̄ mihi viderē, itaq; in hisdē rebus fere versor, & qd̄ possum iudices, occurro vestrę sapientię, sed tñ Serui, quā te securim putas iniēcisse petitioni tuę, cū tu populū Ro. in eū metū adduxisti, vt pertimesceret, ne cōsul Catilina fieret: dū tu accusationē comparares, deposita atq; abiecta petitione: Etm̄ te inquirere videbāt tristē ipsum: mcestos amicos, obuersationes, testificationes, seductiones testiū, secessionē subscriptorū aīaduertebant, quibus rebus certe ipsi cādidatorū vultus obscuriores videri solent. Catilinam interea alacrem, atq; letū, stipatū choro iuuenturis, vallatū iudicibus, atq; sicariis, inflatum cū spe militū, tū Collegę mei, quęadmodum dicebat ipse, pmissis, circūfluēte colonorū Arretinorū & Fesulanorū exercitu, quā turbā dissimillimo ex genere, distinguebant hoies percussī Syllani temporis calamitate, vultus erat ipsius plen⁹ furoris, oculi sceleris, sermo arrogantię, sic vt ei iam exploratus & domi conditus cōsulat⁹ viderē. Murenā cōtemnebat: Sulpitiū accusatorē suū numerabat, nō competitorē, ei vim denūciabat, Reip. minabatur. Quibus rebus q̄ timor bonis oibus iniectus sit, quantaq; desperatio Reip. si ille factus esset, nolite a me cōmoneri velle: vosmetipsi vobiscū recordamini, meministis em̄ cū illius nefarii gladiatoris voces prebuisissent, quas habuisse in cōcione domestica dicebat: cū miserorū fidelē defensorē negasset inueniri posse, nisi eū q̄ ipse miser esset: integrorū & fortunatorū promissis, faucios, & miseros credere non oportere, quare q̄ cōlupta

Hastas abiecit.

Accusandī difficultas.

Gestus est mos.

Ædititii iudices.

Securim iniēcere.

Catilinę nefarię voces

Pro 1.

replete, excepta recurren-  
tissime timidi, & vultu  
die comita habentur, et  
tu Catilinam excusasti  
Atq; ille te simplicitate  
duo corpora et Resp. vultu  
trū esset, caput se vultu  
dignitate decreuit, ad pum  
qua timide. Tu eripit e  
preferit, et idem ille vultu  
mirant, ac demissis respic  
sed ruma restituit. Ibi vultu  
pum deducit a Catilina  
& cū illa lura vultu  
sed caput & collū sceleris  
salem viderent, ad qd̄ est  
rem in petendo putarent. L.  
ab Rep. p. q. demissis respic  
cōlularibus reprobis vultu  
tis aliis adiutoris petenti  
sima adolecentia, dicit illi  
provincia, q. dicit illi  
mirandum est, magno adu  
mihi tertius ille locus est  
rerunt, me quocumq; in Ma  
enarissimo viro de dicit  
Seruio Sulpitio de equi  
calatione, de senatus cō  
runt, prius de L. Murenę  
in meis curis laboribus q  
illis ambitionis, petenti  
atq; improvisis pericul  
nostrū conditionem, pet  
tuis familię maiorum q  
periculum, ne & ea que  
dum nouę laudis, etiam  
dices, tum illud acerbissim  
culandum, sed qui studio  
Sulpitium, quem intellige  
fat patens amicus C. Sulp  
dimis causis compluris p  
pitiis sodalis filii, cuius  
M. Cato, qui q̄q; a Murenę  
tate rurus, vt eius opes, d  
de deberet. Respondit h  
tius cādidatus in cōsulat  
tius competitoris si nihil d  
tem eorum aliquis largitas  
separat.  
Et omnia, que de Pothum  
Veniō rurus ad M. Cato  
ta grauis est accusatio, de vultu



**Pro L. Murena. Fo. CXXXVIII.**

replere, erepta recuperare vellēt, spectarent quid ipse deberet, quid possideret, quid auderet: minime timidū, & valde calamitosum esse oportere eū, qui esset futurus dux & signifer calamitosus. Tum igitur his rebus auditis meministis fieri Senatūscōsultū referēte me, ne postero die comitiā haberent, vt de his rebus in senatu agere possemus. itaq; postridie frequētī senatu Catilinam excitauit: atq; eū de his rebus iussit, si quid vellet, quē ad me allatē essent, dicere. Atq; ille vt semp fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit, atq; innuit. Tū enim dixit, duo corpora eē Reip. vnū debile infirmo capite, alterū firmū sine capite. huic, cū ita de se meritū esset, caput se viuo nō defuturū, cōgemuit senatus frequens, neq; tñ satis se uere p rei in dignitate decreuit. nā partim ideo fortes in decernendo nō erant, quia nihil timebāt: partim quia timebāt. Tū erupit e senatu triūphās gaudio, quē oīno viuū illinc exire nō oportuerat, p̄sertim cū idem ille in eodē ordine paucis diebus ante Catonī fortissimo viro iudiciū minitanti, ac denūciari respōdisset: si qd esset in suas fortunas incēdiū excitatū, id se non aqua sed ruina restincturū. His tum rebus cōmotus, & q; hoīes iam tū cōiuratos cum gladiis in cāpum deduci a Catilina sciebā, descendit in cāpū cū firmissimo p̄sidio fortissimorū virorum, & cū illa lata insigniq; lorica, nō quā me tegetet. etem sciebā Catilinā non latus aut ventrē, sed caput & collū solere petere. verū vt oēs boni aīaduēterēt: & cū in metu & periculo cōsulem viderent, id qd est factum, ad opem p̄sidiumq; cōcurrerent. Itaq; cū te Serui remissiorē in petendo putarent, Catilinam & spe & cupiditate inflammatum viderēt, oēs qui illam ab Rep. pestem depellere cupiebant, ad Murenā se statim contulerunt. magna est autē comitiis cōsularibus repentina voluntatū inclinatio, p̄sertim cum incubuit ad virtū bonū, & multis aliis adiumentis peritioris ornatum, qui cū honestissimo patre, atq; maioribus, modestissima adolescentia, clarissima legatione, Prætura probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia, petisset diligenter: & ita petisset, vt neq; minanti cederet, neq; cuiq; minaret: huic mirandum est, magno adiuuēto Catilinæ subitam spem cōsularis adipiscendī fuisse. Nūc mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminibus, perpurgat⁹ ab iis, qui ante me dixerunt: a me quoniā ita Murena voluit, retractandus. Quo in loco Posthumio familiari meo ornatissimo viro de diuisorū iudiciis, & de deprehēsis pecuniis: adolescenti ingenioso & bono, Seruio Sulpitio de equitū centuriis: M. Catonī homini in omni virtute excellenti de ipsi⁹ accusatōne, de senatūscōsulto, de rep. respondebo. Sed pauca quæ meum animū repēte mouerunt, prius de L. Murenæ fortuna conquerar. Nam cū sape antea Iud. & ex aliorū miseris, & ex meis curis, laboribusq; quotidianis, fortunatos eos homines iudicarem, qui remoti a studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitę secuti sunt: tum vero in his L. Murenæ tātis, tamq; improuisis periculis ita sum animo affectus, vt non queam satis neq; cōmunē omniū nostrū conditionem, neq; huius euentū fortunāq; miserari, qui primū dū ex honoribus continuis familiæ maiorūq; suorum vnum ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum, ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipso parata sunt, amittat. deinde propter studium nouæ laudis, etiam in veteris fortunæ discrimen adducitur. quæ cum sunt grauiā Iudices, tum illud acerbissimum est, q; habet eos accusatores, non qui odio inimicitiarū ad accusandum, sed qui studio accusandī ad inimicitias descenderent. Nam vt omittam Seruium Sulpitium, quem intelligo non iniuria L. Murenæ, sed honoris contentione permotum, accusat paternus amicus Cn. Posthumius, verus vt ait ipse vicinus, ac necessarius, qui necessitudinis causas compluris protulit, similitatis nullam commemorare potuit: accusat Serui⁹ Sulpitius sodalis filii, cuius ingenio paterni omnes necessarii munitiores esse debebant: accusat M. Cato, qui q̄q; a Murena nulla re vnq; alienus fuit, ramen ea cōditiōne nobis erat in hac ciuitate natus, vt eius opes, & ingenium p̄sidio multis etiam alienissimis, vix cuiq; inimicus esse deberet. Respondebo igitur Posthumio primū, qui nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere, cuius competitores si nihil deliquerūt, dignitatē eorum concessit, cum petere destitit. sin autem eorum aliquis largitus est, expetendus amicus est, qui alienam potius iniuriā, q̄ suā persequatur.

Ea omnia, quæ & Posthumio, & Ser. Sulpitio adolescenti responsa sunt, desiderantur.

Venio nunc ad M. Catonem, quod est firmamentum, ac robur totius accusatōnis, qui tamē ita grauis est accusator, & vehemens, vt multo magis eius auctoritatē q̄ criminationē per

Duo corā  
pora reip.

Diuisores.

Cādidatus  
ptorius.  
Desultori⁹



## Oratio

Carthago  
& Numantia  
terrores  
duo imperii.

Catonis  
virtutes.

Humanitas  
studia.

Zenonis  
sententia.

Ignoscere  
facinus.

Platonis &  
Aristotelis  
praecepta.

timeſcā. In quo ego accuſatore Iudices primū illud deprecabor, ne qd L. Murene dignitas illius, ne qd expectatio tribunatus, ne qd totius vitæ ſplendor, & grauitas noceat: deniq; ne ea ſoli huic obſint bona M. Catonis, quæ ille adeptus eſt, vt multis pdeſſe poſſet. Bis cōſul fuerat P. Aphricanus, & duos terrores huius imperii Carthaginē, Numantiamq; deleuerat, cū accuſauit L. Cottam, erat in eo ſumma eloquētia, ſumma fides, ſumma integritas, auctoritas tāta quanta in imperio populi Romani, qd illius opera tenebat. Sepe hoc maiores natu dicere au diui, hanc accuſatoris eximiā dignitatē plurimū L. Cottæ profuiſſe, noluerūt ſapiētiffimi homines, q tū rem illam iudicabant, ita quenq; cadere in iudicio, vt nimis aduerſarii virib; abiectus videret. Quid Sergiū Galbam, (nam traditū memoriæ eſt) nonne proauo tuo fortiffimo, atq; florentiffimo viro, M. Catoni incūbenti ad eius perniciem populus Ro. eripuit? Semper in hac ciuitate nimis magnis accuſatorū opib;, & populus vniuerſus, & ſapiētes & multū in poſterū proſpicientes iudices reſtiterūt. nolo accuſator in iudiciū potentiā afferat, non vim maiorem aliquā, nō auctoritatē excellentē, non nimiam gratiā. valeant hęc omnia ad ſalutem innocētium, ad opem impotētū, ad auxiliū calamitoſorū. in periculo vero & in perniciē ciuiū repudient. Nā ſi qs hoc forte dicet: Catonem deſcenſurū ad accuſandū nō fuiſſe, niſi prius de cauſa iudicaſſet: iniquā legem Iudices, & miſerā cōditionē inſtituet periculis hoīm, ſi exiſtimabit iudiciū accuſatoris in reū p aliquo præiudicio valere oportere. Ego tuū cōſiliū Cato ppter ſingulare animi mei de tua virtute iudiciū, vituperare nō audeo: nōnulla in re forſitan conformare, & leuiter emēdare poſſim. nō multa peccas inq; ille fortiffimo viro ſenior magiſter: ſed ſi peccas, te regere poſſum. at ego te veriſſime dixerim, peccare nihil, neq; vlla in re te eē huiusmodi, vt corrigēdus poti; q; leuiter inſectēdus eē videre. finxit em̄ te ipſa natura ad honeſtatem, grauitatē, tēperantiā, magnitudinē animi, iuſtitiam, ad oēs deniq; virtutes magnū hominē & excelſum, acceſſit his tot, doctrina nō moderata, nec mitis: ſed, vt mihi videt, paulo aſperior, & durior, q; aut veritas, aut natura patiat. & qm̄ non eſt nobis hęc oratio habenda aut cū imperita multitudinē, aut in aliquo cōuentu agreſtiū, audacius paulo de ſtudiis humanitatis, q; & mihi, & vobis, nota, & iudicāda ſunt, diſputabo. In M. Catone Iudices hac bona, q; videmus diuina & egregia, ipſius ſcītote eſſe propria. quæ nonnunq; regimus, ea ſunt oīa nō a natura, ſed a magiſtro. fuit em̄ qdam ſummo ingenio vir, Zeno, cuius inuentorū emulū Stoici nominant. huius ſententiæ ſunt, & præcepta, eiufmodi. ſapiētē gratia nunq; moueri: nunq; cuiuſq; delicto ignoſcere: neminē miſericordem eſſe, niſi ſtultū, & leuem: viri non eſſe, neq; exorari, neq; placari: ſolos ſapiētes eſſe, ſi diſtortiffimi ſint, formoſos: ſi mendaciſſimi, diuites: ſi ſeruitutē ſeruiant, reges. nos autem qui ſapiētes nō ſumus, fugitiuos, exules, hoſtis, inſanos deniq; eſſe dicūt. omnia peccata eſſe paria: omne delictū ſcelus eſſe nefariū: nec minus delinquere eū, q gallū gallinacē, cū opus nō fuerit, q; eum, q; patrē ſuffocauerit. ſapiētē nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, ſententiā mutare nunq;. hac homo ingenioſiffimus M. Cato auctorib; eruditiffimis inductus arripuit, neq; diſputandi cauſa, vt magna pars, ſed ita viuendi. Perunt aliqd Publicani. caue quicq; habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt miſeri, & calamitoſi. ſcleratus & nefarius fueris, ſi quicq; miſericordia adductus feceris. Fateatur aliquis ſe peccaſſe, & eius delicti veniam petit. nefarium eſt facinus ignoſcere. At leue delictum eſt. omnia peccata ſunt paria. dixiſti quippe: iam fixum, & ſtatutum eſt. Nō re ductus es, ſed opinione. ſapiēs nihil opinatur. Erraſti aliqua in re, male dici putat. Hac ex diſciplina nobis illa ſunt. dixi in ſenatu me nomen conſularis candidati delaturum. iratus dixiſti. nunq; inquit ſapiēs irascitur. At tēporis cauſa. improbi inquit hominis eſt mendaciō fallere. mutare ſententiā, turpe eſt: exorari, ſcelus: miſereri, flagitiū. Noſtri aut̄ illi (fatebor em̄ Cato, me quoq; in adoleſcentia diſſimulo ingenio meo quaſiſſe ſe adiumenta doctrinæ) noſtri in quā illi a Platone, & Ariſtotele moderati homines & temperati, aiunt apud ſapiētē valere aliquando gratiam: viri boni eſſe, miſereri: diſtincta genera eſſe delictorum, & diſpares pœnas: eſſe apud hominē cōſtantē ignoſcendi locum: ipſum ſapiētē ſæpe aliquid opinari, qd nesciat, irasci nonnunq;, exorari eundem, & placari: qd dixerit, interdum ſi ita rectius ſit, mutare, de ſententia decedere aliquando, omnes virtutes mediocritate quadam eſſe moderatas. Hos ad magiſtros ſiqua te fortuna Cato cum iſta natura detuliſſet, non tu quidem vir melior eſſes, nec fortior, nec temperantior, nec iuſtior (neq; enim eſſe poteſ) ſed paulo ad lenitatē propenſior. non accuſares nullis adductus inimicitis, nulla laceſſitus iniuria, pudētiſſimum hominē, ſumma dignitate, atq; honeſtate pditū: puta



res, cū in eiusdē anni custodia, te atq; L. Murenā fortuna posuisset, aliquo te cū hoc reip. vinculo esse cōiunctū, qd̄ atrociter in senatu dixisti, aut nō dixisses, aut seposuisses, aut mitiorē in partē interpretarere. Ac te ipsum (quantū ego opinione auguror) nūc & animi quodā impetu cōcitātū, & vi naturā atq; ingenii elatū, & recentibus p̄ceptorū studiis flagrantē, iā vsus flectet, dies leniet, atq; mitigabit. etem̄ isti ipsi mihi vident vestrī p̄ceptores, & virtutis magistrī fines officiorū paulo longius, q̄ natura vellet, protulisse: vt cū ad vltimū animo cōrensissemus, ibi tamen, vbi oporteret, cōsisteremus. nihil ignoueris. immo aliquid, nō omnia, nihil gratiā causa feceris: immo resistito gratiē, cū officiū & fides postulabit. misericordiā cōmotus ne sis etiam in dissoluēda seueritate. sed tñ est laus aliqua humanitatis. in sentētia permaneto: enimvero nisi sententia alia vicerit melior. Huiuscemodi Scipio ille fuit, quem non poenitet at facere idem, qd̄ tu. habere eruditissimum hominē, & pene diuinū domi, cuius oratione, & p̄ceptis, q̄q; erant eadem ista, quā te delectant, tamen asperior nō est factus, sed (vt accepi a senibus) lenissim⁹. Quis vero C. Lelio comior? quis iucundior, eodē ex studio isto? q̄s illo grauior? sapientior? Possū de L. Philippo, de C. Gallo dicere hęc eadē. sed te domū iam deducam tuā, quenq; ne existimas Catone proauo tuo commodiorē, comiorem, moderatiorē fuisse, ad omnē rationē humanitatis: de cuius prestanti virtute cum vere grauiorē diceres, domesticū te habere dixisti exemplū ad imitandū. Est illud quidē exemplū tibi propositū domi, sed tamen naturē similitudo illius, ad te magis, qui ab illo ortus es, q̄ ad vnūquēq; nostrum peruenire potuit. ad imitandū vero tā mihi propositū exemplar illud est, q̄ tibi. sed si illius comitatē, & facilitatē tuę grauitati, seueritatiq; asperferis, non ista quidē erunt meliora, q̄ nūc sunt optima, sed certe cōdita iucundius. Quare vt ad id, qd̄ institui, reuertar, tolle mihi e causa nomen Catonis: remoue, ac pratermitte auctoritatem, quę in iudiciis aut nihil valere, aut ad salutē debet valere: cōgredere mecū criminib⁹ ipsis, qd̄ accusas Cato? quid asperferis in iudiciū? quid arguis? ambitum accusas. non defendo. me reprehendis, q̄ idem defendam, qd̄ lege punierim. puniui ambitum, non innocētia. ambitum vero ipsum vel tecū accusabo, si voles. Dixisti senatusconsultū me referente esse factū: si mercede corrupti obuiā candidatis essent: si conducti sectarent: si gladiatoribus, vulgo locus tributim, & item prandia, si vulgo essent data, contra legē Calphurniam factum videri. Ergo ita senatus si iudicat, contra legem facta hęc videri, si facta sint, decernit qd̄ nihil opus est, dum candidatis morem gerit. nam factum sit nec ne, vehementer querit. si factum sit, quin contra legem sit, dubitare nemo potest. est igitur ridiculū: qd̄ est dubiū, id relinquere incertū: qd̄ nemini dubiū pōt esse, id iudicare. Atq; id decernitur omnibus postulantibus candidatis, vt ex S. C. neq; cuius intersit, neq; cōtra quem sit, intelligi possit. Quare doce a L. Murena illa esse cōmissa. tum egomet tibi contra legem cōmissa esse concedam. Multi obuiam prodierūt de puincia decedenti, Cōsularū petenti. solet fieri. eccui autē non proditur reuertenti? quę fuit ista multitudo? primū si tibi istam rationem non possim reddere, quid habet admirationis tali viro aduenienti, candidato cōsulari, obuiā prodisse multos? qd̄ nisi esset factū, magis mirādū videretur. qd̄ si etiā illud addā, qd̄ a cōsuetudine non abhorret, rogatos esse multos? nū aut criminofum sit, aut mirandū, qua in ciuitate rogati infimorū hominum filios p̄p̄e de nocte ex vltima saepe vrbe deductum venire soleamus, in ea nō esse grauos homines prodire hora tertia in campum Martiū, p̄fertim talis viri nomine rogatos? quid si oēs societates venerūt? quarū ex numero multi sedēt iudices. quid si multi hoīes nostri ordinis, honestissimī? qd̄ si illa officiosissima, q̄ neminē patit non honeste in vrbe introire, tota natio candidatoꝝ? si deniq; ipse accusator noster Posthumius obuiā cū bene magna caterua sua venit? quid habet ista multitudo admirationis? omitto clientes, vicinos, tribulīs, exercitū totū Lucullī, qui ad triūphū per eos dies venerat. hoc dico. frequētia in isto officio gratuitā nō modo dignitati vllius vnq; sed ne voluntati qdē defuisse. At sectabant multi. doce mercede, cōcedam esse crimen. hoc quidē remoto, qd̄ rephēdis? Quid opus est, inquit, sectatorib⁹? a me tu id queris? quid opus sit eo, quo semper vsi sumus? homines tenues vnū habēt in nostrū ordinē aut p̄merendi, aut proferendi beneficij locū, hęc in nostris petitionib⁹ operā, atq; affectationē. neq; em̄ fieri potest, neq; postulādū est a nobis, aut ab Egribus Romanis, vt suos necessarios cādidos, sectent totos dies: a quibus si domus nostra celebrat, si interdū ad forū deducimur, si vno basilicę spatio honestamur, diligēter obseruari videmur, & coli. tenuiorū & nō occupatoꝝ amicoꝝ est ista assiduitas. quorū copia bonis viris, & beneficis deesse nō solet. Noli igit eripere hūc inferiori gene

Auguror  
opinione.Asperferis  
seueritati.Ex vltima  
vrbe.Natio cādidos  
datorum.



## Oratio

**Cōpensari  
opera sua.** xi hominū fructū officii Cato: sine eos, qui omnia a nobis sperāt, habere ipsos quoque aliquid, quod nobis tribuere possint. si nihil erit preter ipsorum suffragiū, tenue est: si ut suffragant, nihil valēt gratia: ipsi denique ut solēt loqui, nō dicere pro nobis, nō spōdere, nō vocare domū suā possunt. atque hęc a nobis petūt oīa: neque vlla re alia, quā a nobis cōsequunt, nisi opera sua cōpensari putāt posse. itaque & legi Fabię, quę est de numero sectatorum, & S. C. quod est L. Casare cōsule factū, restiterūt. nulla est. n. pœna, quę possit obseruatiā tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorū excludere. At spectacula sunt tributim data, & ad prandiū vulgo vocati. et si hoc factū a Murena oīno Iudices nō est, ab eius amicis aut more & modo factū est, tñ admonit⁹ re ipsa, recordor quantū hęc quęstiones in senatu habitę punctorū nobis Serui detraxerint. quod em̄ tempus fuit, aut nostra, aut patrum nostrorum memoria, quo hęc siue ambitio est, siue liberalitas, non fuerit: ut locus & in circo, & in foro daret amicis, & tribulibus: hęc homines tenuiores primum, nondum qui ea suis tribulibus vetere instituto assequebantur.

Defunt nonnulla.

**Vulgo.** Præfectū fabrū semel locū tribulibus suis dedisse, quid statuent in viros primarios, quod in Circo totas tabernas tribulū causa cōpararūt: hęc omnia sectatorū, spectaculorū, prandiorum item crimina a multitudine in tuā nimīā diligentiā Serui cōiecta sunt: in quibus tamen Murena ab senatus auctoritate defenditur. Quid enim senatus: num obuiam prodire crimen putat: non. sed mercede. conuince. num sectari multos: non. sed conductos. doce. num locum ad spectandum dare: aut ad prandium inuitare: minime. sed vulgo, passim. quid est vulgo: vniuersos. non igitur si L. Nacla summo loco adolescens, qui & quo animo iam sit, & qualis vir futurus sit, videmus, in equitum centuriis voluit esse, & ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus graciosus, id erit eius vitrico fraudi, aut crimini. nec si virgo Vestalis huius propinqua, & necessaria locum suum gladiatorū cōcessit huic, nō & illa pie fecit, & hic a culpa est remotus. oīa hęc sunt officia necessario, cōmoda tenuiorum, munia candidatorum. At em̄ agit mecū austere & Stoice Cato. negat verū esse allici benevolentiam cibo, negat iudiciū hominū in magistratibus mādandis corrūpi voluptatibus oportere. Ergo ad cœnam petitionis causa si quis vocat, cōdemnet. Quippe inquit tu mihi summū imperiū, summā auctoritatē, tu gubernacula Reip. peras fouendis hominū sensibus, & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus: vtrū lenociniū inquit a grege delicatę iuuentutis, an orbis terrarū imperiū a populo Ro. petebas: Horribilis oratio. sed eā vsus, vita, mores, ciuitas ipsa respuit. Neque tñ Lacedæmonii auctores istius vitę, atque orationis, qui quotidianis epulis in robore accumbunt: neque vero Cretes, quorū nemo gustauit vnq̄ cubas: meli⁹ quā Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertit: Resp. suas retinuerūt. quorū alteri vno aduentu nostri exercitus deleti sunt, alteri nostri imperii præsidio disciplinā suā legesque cōseruāt. Quare noli Cato maiorē instituta, quę res ipsa, quę diuturnitas imperii cōprobat, nimīū seuera oratione reprehendere. fuit eodē ex studio vir erudit⁹ apud patres nostros, & honest⁹ hō, & nobilis, Q. Tubero. Is, cū epulū Q. Maximus Aphricani patruī sui noīe pp̄o Ro. daret, rogatus est a Maximo, ut tricliniū sterneret: cū eēt Tubero eiusdē Aphricani sororis fili⁹, atque ille hō eruditissim⁹, ac Stoic⁹, strauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos, & exposuit vasa Samia: quod si vero esset Diogenes Cynicus mortuus, & nō diuini hōis Aphricani mors honestaret: quem cū supremo eius die Maximus laudaret, gratias egit diis immortalibus, quod ille vir in hac Rep. potissimū natus esset. necesse em̄ fuisse, ibi esse terrarū imperiū, vbi ille esset. Huius in morte celebrāda grauiter tulit populus Ro. hanc puerfam sapiētiā Tuberonis. itaque homo integer rimus, ciuis optimus, cū esset L. Pauli nepos, P. Aphricani, ut dixi, sororis filius, his hœdinis pelliculis Prætura deiectus est. Odit populus Ro. priuatā luxuriā, publicā magnificentiā diligit. nō amat pfusas epulas, sordes & inhumanitatē multo minus. distinguit rationē officiorū, ac tēporū, vicissitudinē laboris, ac voluptatis. Nā quod ais nulla re allici hominū mentes oportere ad magistratū mādādū, nisi dignitate: hoc tu ipse in quo summa est dignitas, nō seruas. cur em̄ quenq̄, ut studeat tibi, ut te adiuuet, rogas: rogas tu me, ut mihi præsis, ut cōmittam ego me tibi, quid tandē: istuc me rogari oportet abs te: an te potius a me, ut pro mea salute laborem, periculūque suscipias: Quid, quod habes nomenclatorē: in eo quidē fallis, & decipis. nam si noīe appellari abs te ciuis tuos honestū est, turpe est eos notiores eē seruo tuo, quā tibi. sin etiā noris, tñ per monitorē appellādū sunt: cur ante petis quā insufurrauit: aut quid cū admoneris, tamē quasi tute noris, ita salutas: quid posteaquē es designatus, multos salutas negligentius:

**Lectulū Pu  
nicani.  
P. Aphricani  
laus.**

**Luxuriā  
priuatā po.  
Ro. odit.**

**Nomenclator,**

hęc omnia ad rōnē  
prietatē paratissima. Qu  
nōrū, quę omnia maiore  
est, quę liberalitatem mag  
xii. Credo Cato re ip  
cio Iudices cū amicit  
tatis, sed quę vita de  
lem Iudices, nihil dici  
eo L. Carina Rep. de  
pessurum arbitrat⁹  
tas in quā est equus Tri  
ego Carina meruit  
metuēdas, nec tā timē  
nō. n. defuerūt. Sed ab  
stiterunt. hi & mag  
iūcti denique de vris post  
rum ego ferō, & audac  
cessis vos si alterum cū  
secuti. Magni interest Iud  
lan in Rep. ad cōsules  
proba, aut perniciosa long  
ciuitate cōstita Iudices v  
Atq̄ hęc quę, et vris in  
tauerūt. horum ego quę  
Iudices, in exitu est iam  
nolite admere rum cui  
ad hęc mala Iud. quid au  
te anni tui: n. h. h. h.  
quę multū tua mēs. m  
Omnia quę per hoc tēp  
rum cōsiliū senatus in  
pant. Qui locus est Iud  
tronibus nō solū meo. sed  
nomine interfici, sed v  
Cato te quoque aliquis t  
quantum in te sit animi  
fulari auctoritate, & au  
debitatū te oppressur  
testate collegarum fore. I  
ne præsidio obici posse. I  
hi, non tibi, sed patrię nat  
in rep. cōsulem non cup  
ad amplectādū otium. I  
quē huiusce rei potestas om  
gubernatis. Si L. Carina  
posset iudicare, cōdemnu  
nes illius, ut orberet autil  
pa, ut maior facultas Trib  
de. idem ne igitur delecti  
cōmūt. quod ille impetrat  
causa non solū de L. Mure  
num venimus, nihil est iam  
da nō sunt auxilia. quę habem  
quod Anticam, quę bello Pu



hac omnia ad rōnē ciuitatis si dirigas, recta sunt. sin perpendere ad disciplinē p̄cepta velis, re-  
 periantur prauissima. Quare nec plebi Ro. eripiēdi fructus isti sunt ludorū, gladiatorū, conui-  
 uiorū, quæ omnia maiores nostri comparauerunt: nec candidatis ista benignitas adimenda  
 est, quæ liberalitatem magis significat, q̄ largitionem. At enim te ad accusandum Resp. addu-  
 xit. Credo Cato te isto animo, atq; ea opinione venisse. sed tu imprudentia laboris. ego qd̄ fa-  
 cio Iudices cū amicitie, dignitatisq; L. Murenę gratia facio: tum me pacis, otii, cōcordie, liber-  
 tatis, salutis, vitæ deniq; omniū vestrum causa facere clamo, atq; testor. Audite, audite cōsu-  
 lem Iudices, nihil dicā arrogantius, tantū dicā, totos dies, atq; noctes de Rep. cogitantē. vsq;  
 eo L. Catilina Rēp. despexit, atq; contempfit, vt ea copia, quā secū eduxit, se hāc ciuitatem op-  
 pressurum arbitraret: lati⁹ patet illius sceleris cōragio, q̄ qsq; putat: ad plures p̄tinet. intus, in-  
 tus in quā est equus Troian⁹, a quo nūq; me cōsule dormiētes opprimemini. Quæris a me qd̄  
 ego Catilinā metuā: nihil. & curauī, ne qs metueret. sed copias illius, quas hic video, dico eē  
 metuēdas. nec tā timēdus est nūc exercit⁹ L. Catilinæ, q̄ isti, q̄ illū exercitū deseruisse dicunt.  
 nō, n. deseruerūt, sed ab illo in speculis, atq; insidiis relictī, in capite atq; in ceruicib⁹ nostris re-  
 stiterunt. hi & integrū cōsulē, & bonū imperatorē, & natura, & fortuna cum Reip. salute cō-  
 iūctū deici de vrbis p̄sidio, & de custodia ciuitatis vestris sententiis deturbari volūt. quo-  
 rum ego ferrū, & audaciā reieci in campo, debilitauī in foro, cōpressī etiā domi meę saxa Iu-  
 ces: his vos si alterum cōsulē tradideritis, plus multo erūt vestris sententiis, q̄ suis gladiis cō-  
 secuti. Magni interest Iudices, id quod ego multis repugnantibus egi, atq; perfecī, esse Calē.  
 Ian. in Rep. duos consules. nolite arbitrari mediocribus cōsiliis, aut vsitatis viis, aut lege im-  
 proba, aut pernicioſa largitione auditum aliquādo aliqd̄ malū Reip. quari. Inita sunt in hac  
 ciuitate cōsilia Iudices vrbis delendæ, ciuium trucidandorū, nominis Romani extinguendī.  
 Atq; hęc ciues, ciues in quā (si eos hoc noīe appellari fas est) de patria sua & cogitāt, & cogi-  
 tauerūt. horum ego quotidie cōsiliis occurro, audaciā debilito, scelerī resisto. sed vos moneo  
 Iudices, in exitu est iam meus consulatus. nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentie,  
 nolite adimere eum cui rēp. cupio tradere incolumē ab his tantis periculis defendēdā. Atq;  
 ad hęc mala Iud. quid accedat aliud non videtis: te te appello Cato: nōne prospicis tempeſta-  
 rē anni tui: iā, n. hesternā cōcione in tonuit vox pernicioſa designatī Tr. Collegæ tui, contra  
 quē multū tua mēs, multū oēs boni prouiderūt, qui te ad tribunatus petitionē vocauerunt.  
 Omnia quæ per hoc trienniū agitata sunt, iā ab eo tēpore, quo a L. Catilina, & Cn. Pisone ini-  
 tum cōsiliū senatus interficiendī scitis esse, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erū-  
 punt. Qui locus est Iudices: qd̄ tēpus: qui dies: quæ nox: cū ego nō ex istorū insidiis, ac mu-  
 cronib⁹ nō solū meo, sed multo etiā magis diuino cōsilio eripiar, atq; euolē: Neq; isti me meo  
 nomine interfici, sed vigilantē cōsulem de reip. p̄sidio dimouere volunt. nec minus vellēt  
 Cato te quoq; aliqua ratione, si possent, tollere. id qd̄ mihi crede, & agunt, & molunt. vidēt  
 quantum in te sit animi, quātū ingenii, quātū auctoritatis, quantum reip. p̄sidii. sed cū cō-  
 sulari auctoritate, & auxilio spoliata vim tribunitiā viderint, tum se facilius inermem &  
 debilitatū te oppressuros arbitrantur. nā ne sufficiat consul non timent. vident in tuorū po-  
 testate collegarum fore. sperant sibi Syllanum clarū virū sine collega, te sine consule, remp. si  
 ne p̄sidio obici posse. His tantis in rebus, tantisq; in periculis, est tuum M. Cato, qui nō mi-  
 hi, non tibi, sed patrię natus es, videre quid agatur, retinere adiutorem, defensorem, socium  
 in rep. cōsulem non cupidum, cōsulem (qd̄ maxime tempus hoc postulat) fortuna cōstitutū  
 ad amplexādū otium: scientia, ad bellum gerendum: animo & vsu, ad quod velis negotium. q̄  
 q̄ huiusce rei potestas omnis in vobis sita est Iudices, totā Rēp. vos in hac causa tenetis, vos  
 gubernatis. Si L. Catilina cū suo cōsilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re  
 posset iudicare, condemnaret L. Murenā. si interficere posset, occideret. petunt enim ratio-  
 nes illius, vt orberur auxilio Respublica, vt minuatur contra suum furorem imperatoris co-  
 pia, vt maior facultas Tribunis Pl. detur depulso aduersario, seditionis ac discordiæ concitā-  
 dæ. iūdem ne igitur delecti amplissimis ex ordinibus honestissimi, atq; sapientissimi viri iudī-  
 cabunt, qd̄ ille importunissimus gladiator, hostis reip. iudicaret: Mihi credite Iudices, i hac  
 causa non solū de L. Murenę, verū etiā de vestra salute sententiā feretis. in discrimen extre-  
 mum venimus, nihil est iam vnde nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus. non solum minuē-  
 da nō sunt auxilia, q̄ habemus: sed etiam noua, si fieri possit, comparanda. hostis est em̄ non  
 apud Anienem, qd̄ bello Punico grauissimum visum est, sed in vrbe, in foro (Dii immortales

Candidati.

Copia.

Equus  
Troianus.

Vicarius.

Sufficere  
consulem.



## Oratio

fine gemitu hoc dici non potest) non nemo etiam in illo sacrario reip. in ipsa in qua curia non nemo hostis est. Dii faxint, ut meus collega vir fortissimus hoc Catiline nefarium latrocinium armatus opprimat: ego togatus vobis, bonisque omnibus adiutoribus, hoc quod conceptum Respublicae periculum parturit, consilio discutiam, & comprimam. Sed quid tandem fiet, si haec elapsa de manibus nostris in eum annum, qui consequitur, redudarint: vnus erit consul, & is non in administrando bello, sed in sufficiendo collega occupatus, hunc iam qui impedituri sint,

Defunt nonnulla.

illa pestis immanis, importuna Catilinae prorumpet, qua minatur: in agros suburbanos repente aduolabit, versabitur in castris furor, in curia timor, in foro coniuratio, in campo exercitus, in agris vastitas: omnia autem in sede, ac loco ferrum, flammamque metuemus, quae iam diu comparantur, eadem ista omnia, si ornata suis praesidiis erit respublica, facile & magistratum consiliis, & priuatorum diligentia opprimuntur. Quae cum ita sint Iudices, primum Reipublicae causa, qua nulla res cuique potior debet esse, vos pro mea summa & vobis cognita in Reipublica diligentia, moneo, pro auctoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut otio, ut paci, ut saluti, ut vitae vestrae, & ceterorum civium consulatis, deinde ego fidem vestram vel defensoris & amici officio adductus oro, atque obsecro Iudices, ut ne hominis miserum, & cum corporis morbo, tum animi dolore confectum, Murenae recentem gratulationem noua lamentatione obruat, modo maximo beneficio populi Romani ornatus, fortunatus videbatur, quod primum in familiam veterem, primum in municipium antiquissimum consulatum attulisset. nunc idem squallore fordidus, confectus morbo, lachrymis ac moerore perditus, vester est supplex Iudices, vestrae fidei obtestatur, misericordiam implorat, vestrae potestatem, ac vestras opes intuetur. Nolite per deos immortales Iudices, hac eum re, quae se honestior fore putauit, etiam ceteris anni partis honestatibus, atque omni dignitate fortunaeque priuare. Atque ita vos sic Murena Iudices, orat, atque obsecrat, si iniuste ne minime laesit: si nullius auris, voluntateque violauit: si nemini, ut leuissime dicam, odio, nec domi, nec militiae fuit: sit apud vos modestiae locus, sit demissis hominibus periculum, sit auxilium pudori. Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet Iudices: vna enim eripiuntur cum consulatu omnia, inuidiam vero his temporibus habere consulatus ipse nullam potest. obicit enim concionibus seditiosos, insidiosos coniuratores, telis Catiline: ad omne denique periculum, atque ad omnem inuidiam solus opponitur. Quare quid inuidendum Murenae, aut cuique nostrum sit in hoc praeclearo consulatu, non video Iudices. quae vero miseranda sunt, ea & mihi ante oculos versantur, & vos videre, & perspicere potestis. Si (quod Iupiter omen auerrat) hunc vestris sententiis afflixeritis, quo se miser vertet: domum ne: ut eam imaginem clarissimi viri parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, eandem deformatam ignominiam lugentemque videat: an ad matrem: quae misera modo consulem osculata filium suum, nunc cruciatur, & sollicita est, ne eundem paulo post spoliatum omni dignitate conspiciat. Sed quod ego matrem, aut domum appello: quem noua poena legis, & domo, & parente, & omnium suorum consuetudine, conspectuque priuat. Ibit igitur in exilium miser: quo: ad orientis ne partis: in quibus annos multos legatus fuit, & exercitus duxit, res maximas gessit, atque habet magnum dolorem, unde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reuertitur. An se in contrariam partem terrarum abdet: ut Gallia Transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissime viderit, eundem lugentem, moerentem, exulem videat: in ea porro prouincia, quo animo C. Murenam fratrem suum aspiciet: qui huius dolor: qui illius moeror erit: quae vtriusque lamentatio: quanta autem perturbatio fortunae, atque sermonis: quibus in locis paucis ante diebus factum esse consulem Murenam nuntii literaque celebrassent, & unde hospites atque amici gratulatum Romam concurrerint, repente excidet ipse nuntius suae calamitatis. Quae si acerba, si misera, si luctuosa sunt, si alienissima mansuetudine, & misericordia vestra Iudices, conseruate populi Romani beneficium, reddite Reipublicae Consulem, date hoc ipsius pudori, date patri mortuo, date generi, & familiae, date etiam Lanuuii municipio honestissimo, quod in hac causa frequens moestumque vidistis. nolite a sacris patrii Iunonis hospitae, cui omnes consules facere necesse est, domesticum & suum consulem potissimum auellere. Quem ego vobis si quid habet aut momenti commendatio, aut auctoritatis confirmatio mea, consul consulem Iudices ita commendo, ut cupidissimum otii, studiosissimum bonorum, acerrimum contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimum huic coniurationi, quae nunc rempublicam labefactat, futurum esse promittam, & spondeam.

Dii faxint.

Supplex Vester.

Honestates

Demissi homines.

Excidere.

Facere Iunoni Sospitae consules solent.

Pro



nilo tam ei periculo...  
bus auctoribus & de...  
retera memini vobis...  
esset aliquando...  
Lelii optimi viri...  
que ferretur...  
niter. Etenim cum a...  
tas esse vidisset...  
esset, nouas huic...  
in suis rebus...  
dia, quod hanc...  
potestatem in vestris...  
lii grauius...  
de Lydoni...  
cari de ciuitate...  
ferri cuius metes...  
republice, consilia...  
rum ne: at is ipse...  
sum esse sentit...  
bus senseritis...  
obte nisi hoc loco...  
stram, quae ex...  
forte quae res hoc...  
tus est is, quod...  
vide repulit...  
ta praeterita, &...  
quod duces: quod...  
tius contendant...  
conseruandam saluam...  
  
Hunc igitur virum...  
cia tribuimus...  
la missa est...  
in mura...  
nes, & simulacra...  
inimicus laudatur...  
tis, qua leuitate...  
de condicione...  
ante Romae ius...  
dura nihil iudicabit...  
forum laeae...  
condixit vox, aut...  
maledicentissima...